

Barlaeo
S. P.

(89).

Sic sanè oportuit, mi Barlaeo, ad alios cum scriberes, ad me uti sileres, et quem tardissimum responsozem expertus esses, solo denique nutu compellares. Id heri mihi accidit cum Poema tuorum exemplar silentio transmisisti, quod ut novum fuerit a scriptore tam sedulo, miratus ab amico tam neglecto non fui, quin revera illud potius quod tantae socordia reum de censu amicorum non expunxeris. Ipse quidem fateor nil meruisse minus; sed jure summo; cujus cum summa injuria, quam breve confinium sit, nunc maxime, ut recorderis rogo. Scilicet hominibus mea sortis Torsus inquam ESTI PLACIDUS aliquid codonet, oportet, qui perpetuo succensere non velit. Ita enim alterius sumus, ut, cum nostris esse vacat (vacat autem rarissime) desueta sibi natura libertatem animi vel non agnoscat plane, vel sibi carptim ut applicet, adduci non potest. Vide quo redactae sunt res nostrae, quas bonorum omnium exemplo subspectivas olim horulas occupationibus detrahere solvimus, nunc quâ ratione vel succidenda sicut, dedidicisse videmur et quod pridem in questu otium fuit, eo nunc impenditur ut ratione subductâ diem unum otiosi, diem unum totum egerimus nihil, quamquam nisi Magâ elabimus, tam prolixè feriari omnino non datur. Sed feriari me argues, qui haec tam otiosè persequor. Non feriar tamen Mi Barlaeo, sed semel tandem otiosum tibi et negotiorum meorum ratio ut constaret, omnis aequitas postulavit, quo facto, quin ignavia ^{etiam} mea tribuas nonnihil, nullus intercedo. Nam ut nuper scribere ad Te meministi qui silentii aut loquendi inter nos libertatem sustulerit, ad me quod attinet, sciat, vim se facere ipsi amicitiae privilegio, quam sine cujuscumque offensione hactenus cum amicis usurpo. Scribe itaque non ubi vacat repente, sed ubi maxime libuerit, et ut libentissime ea lego, quae sponte sua, nec ullo foris impulsu, ad me amici scribunt, rogo Te ante omnes, ut libenter a me non legas, nisi quae elapsa potius mihi quam expressa senseris. Inter id genus literarum haec sunt, quas quâdam hodie cum voluptate scribo, ad florentissimum Te scriptorem, qui ad eum meo recenti Carminum tuorum lectione succendisti, ut mirum sit, impetasse me prosami orationem stilo tam ^{peru}renti. De hac

editione

editione tuâ dum sermo nunc est, sicut me in eâ post
 menda Typographi, adscribere etiam auctori erratum unum.
 Id reperio libro Heroicorum pagg. 34. et 35. quæ tantâ sui
 parte vitiosi sunt, ut meâ non sententiâ solum, sed et
 auctoritate, insigni © corrigendi sint. DELE inquam
 TOTVM inâ a linea Decima unius, ad alterius Decimam
 quintam. Nam quis te Deorum eò imprudentiâ adegit,
 ut politissimæ telæ tam infamem maculam adpersam velles.
 At fuit sanè cur velle posses, Barlae, fateor. illustrandæ
 nimirum luci tuæ a meis tenebris. Id si ita est, ignosco
 iterum, et deleo censuram. Utere me et frues quâcumque
 ratione expedire credis. Ego ille tantam amicitia libertatem
 professus, injurius sim, si quicquam prior detogavero. A casti-
 gatione denique libri, ad laudes transirem, nisi tu Barlaeus
 esses, id est, nisi tantas mereceretur, ut par offerendis non sim,
 vel tantillas offerre possem, ut par ferendis tua fiat modestia
 facio itaque hic finem, et si verbum addendum est, publico tibi
 nomine gratias ago, quod nobilem thesaurum indignissimo
 sæculorum tamen non invideris. Ad Genethliacas literas tuas
 quarum eruditissimam elegantiam passim cum eruditionis et
 elegantiarum quotquot sunt cultoribus communico, nihil
 repero, nisi quod insignem in iis, erga me meosque affectum
 tuum præter cætera avidè exasculor, ac tantæ humanitati
 valde me obstrictum sentio. Pluribus nunc non vaco.
 nequidem per te ipsum, qui jucundissimâ lectione novâ
 omnem Hugenum occupasti. Vale vir Doctissime, et
 innoxentem licet amicum certè nec ingratum nec imme-
 morem amare perges.

Hug. a. Aprilis 1628.

C. Hugenum.

Igusto. facta
 Oladsworth.

~~Excellentissimæ Comitæ Denbrocia, si citra offensam fieri id hæc
 possit, humilissimas obsequia meæ ut deferas, valde cupio.
 Venereæ quorundam cultus religioso magis viri memoriam in
 quo parum tanta castitudo, candore, et præstantiam exteri-
 omnes deos et laudes. nunc ut valeas Deum rogo et insignem
 et totusque amicum finitibus (quoniam toto pectore delit) ut
 immemores mei vivatis nunquam qui in animo vos gerito
 semper in ore quam seipissimâ Haga Calend. Maji 1628.~~